


HW 14





*Nov 96
Mit 54° auf. 8. D. H.*

der 5. bis 8. Novbr. zum Erw. d. so ausg. als
ingebunden, und Prodromus Astronomiae,
ist bei
Rmo 1733, am 1. October:
d' Wind so ausg. Wimde gelten, sonst Wind
verkehrt. 1733 Novbr.



*Nov 96
8. D. H.*







Andreas Stech pinxit.



K.K. UNIVERSITÄTS-STERNWARTE

WIEN

MVMDCCXCVI. 20. A. M. M. D. V.

EINER DER VON

WIRSEN. 1796.

LEISTETE

WIRSEN.

JOHANNIS HEVELII
FIRMAMENTUM
SOBIESCIA-
NUM,

K.K. UNIVERSITÄTS-STERNWARTE
WIEN

S I V E

URANOGRAPHIA,

TOTUM COELUM STELLATUM,
UTPOTE TAM QVODLIBET SIDUS, QVAM OMNES
ET SINGULAS STELLAS, SECUNDUM GENUINAS
EARUM MAGNITUDINES, NUDO OCULO, ET OLIM
JAM COGNITAS, ET NUPER PRIMUM DETE-
CTAS, ACCURATISSIMISQVE ORGANIS
RITE OBSERVATAS, EXHIBENS,

Et quidem quodvis Sidus in peculiari Tabellâ,
in plano descriptum, sic ut omnia conjunctim totum
Globum Cœlestem exactissimè referant :

prout

Ex binis Hemisphœriis Majoribus, Boreali scilicet
& Australi, adhuc clariùs unicuique
patet.

Cum Gratiâ & Privilegio Sac. Reg. Maj. Polon.

G E D A N I ,

TYPIS JOHANNIS-ZACHARIAE STOLLII.

ANNO M DC XC.

URANOGRAPHIA
SIVE
TOTUM COELUM STELLATUM
AERUM MAGNITUDINES, ET NUBES PRIMUM DETE
JAM COGNITAS, ET NUBES ORGANIS
CJAS, ACCURATISSIMAE EXHIBENS,
RTE OBSERVATVS, EXHIBENS,
ET SINGULAS STELLAS, SECUNDUM GENUINAS
AUTOPTE TAV. GOLDIEBET SIDUS, GAVM OMNES
NUMERIS HEBELI
FIRMAMENTUM
SOLARIS

E. diadema *diadema* Sibth. in *Bucculenta Lopoli*
in *luteo deliciatum*, sic ut omnes columnae gressu rotundis
cylindrica exceduntur; leviter.

*Ex-Pins-Hereditatis Wissoupe, Boscii officie
se Auctio, quae quatuor numeridae*

Cum Gaudio & Placido Se Ry. M. J. Pover

GEDA

THE JOHANNIS-SACCHARINE STOTTER

Ann M DCG



JOHANNIS HEVELII

in

FIRMAMENTUM SOBIESCIANUM

URANOGRAPHIAM

Introductio.

DE O. M. Conservatori Rerum omnium Divinae Benignitatis referendum habeo, quod licet Anno 1679, Mense Septembri, per immagine illud Incendium, tot Aedificia, Facultates, bonaque mea ferè omnia, totamque adeò meam pretiosissimam Uraniæ supellectilem, cum Typographiā, totque laboriosissimis Manuscriptis, miserandum in modum perdiderim, nihilominus tamen, præter spem omnem, ex singulari Benignitate Divinā, novus meus Fixarum Catalogus, quem tanto labore, ac sudore, tantisque sumptibus, per tot Annorum Lustra, diu noctuque, cœlesti auxilio adjutus, tandem mihi comparaveram, mirabiliter adhuc sit conservatus.

Volui nunc ex eo, benigne Astrosope, Tibi pro voto meo, jam dudum promissam meam Uranographiam, seu potius Firmamentum Sobiescianum sub oculos ponere, tanquam Scriptum aliorum hactenus editorum qualium qua-

Firmamentum Sobiescianum. Author inter preci- pias a scripta huc usq; edita repone-

Ad quod in luum meorum Operum haud postremum. Ad quod in lucem profere- rendum, summi Principes, ill. Re- giae Societas Anglicana, versarum Nationum Viris, sed etiam ab Illustrissimâ Regiâ nec non Eruditissimi Viris spissi Autorem exci- tarunt.

lum meorum Operum haud postremum. Ad quod in lucem proferendum ex benè multis jam Annis, non solùm ab Amicis plurimis, & hujus nostri Scculi Eruditissimis digita Societate Anglicana, statim ab ipsâ fundatione, crebris Litteris excitatus, ac imflammatus, quid, quòd à summis Principibus & Regibus ferè quotannis clementissimè impulsus, ac serio animatus fuerim, ut in isto arduo negotio, & Rerum Astronomicarum ferè omnium præstantiori studio alacriter pergerem, quòd tandem, Divinâ assistente Gratia, in Altissimi Gloriam, & Rei literariæ commodum, tam Prodromum Astronomiæ, cum meo Catalogo, quam dictam Uranographiam in lucem proferrem.

Singularis Felicitas est quod Author eousq; adhuc superfles extiterit.

Cùm itaque DEUS rerum omnium Conditor vitam mihi ad hæc usque tempora clementissimè prorogaverit, ut hæc omnia feliciter finire, etiam post cladem illam ingenscendam non nequierim, iterum iterumque Omnipotenti æternas habeo grates, ac omnibus nervis eò allaboreavi, quoad fieri potuit, ac Ætas, Incolumitas, gravissimæ Occupationes, curæ atque sollicitudines permiserunt, ut hocce opus arduum me adhuc vivente in publicum prodiret, idque correctè, & tot laboriosissimis manu mea delineatis, ac nitidissimè à perito artifice, haud leviusculis sumptibus æri incisis Schematibus ac Figuris instructum.

Uranogra- phia quæ facie sit deli- neata, & quorū Iconis confert.

Hæc autem nostra Uranographia, sive Firmamentum Sobiescianum, ad ductum Astronomiæ Prodromi nostri, & normam Fixarum Catalogi in eo exhibiti, est delineata, eum in finem, ut Globum cœlesti trium vel quatuor Pendum, quoad radium in plano descriptum, repræsentet. Constat ferè ex tot Figuris primariis, quorū sidera ipsum Firmamentum cœleste in universum exhibet, incipiendo à Polo nostro Arctico ad Antarcticum usque, quorum novus meus Fixarum Catalogus septuaginta sex continet, videlicet eorum

Aste-

Asterismorum, qui tam à Prædecessoribus nostris, quām
à me nunc primū fundati, atque novis prorsus Nomi-
nibus sunt insigniti: sicuti ex nostro Astronomiæ Prodromo,
pleniū, mi Lector, perspicies atque intelliges.

Quilibet pagina hujus Operis plerumque unum prima-
rium Sidus rite adumbratum & delineatum, nonnunquam
etiam duo minora exhibet, reliqua verò circumvicina & ad-
jacentia sunt sidera. Exempli gratiā, in Figurā BB, nimi-
rum in Ariete, Piscis Boreus, Linum Boreum, Triangulum
majus & minus, Musca, Pars Persei, Tauri atque Ceti,
leniter tantūm, nudis lineolis, absque omni Umbrā sunt
sculpta: Eum in finem, ut quilibet Fixarum Contempla-
tor, ex circumvicinis Stellis, primarium sidus, ut in dictā
Figurā BB, Arietis, eō promtius dignoscere, sibiique im-
primere valeat; id quod aliās, si nudæ tantummodò Stel-
lae, absque circumductis lineolis circumcirca appareant,
haud fieri potest. Quandoquidem nemo, utut sit bene
exercitatus, tam facile & expeditè sibi in memoriam revo-
care potest, ad quodnam sidus hæc vel illa Stella omnino
spectet: prout satis superque liquet ex Bayeri Uranometriā.

Præterea, omnes & singulos Asterismos cuiusvis paginæ,
ē ratione designare volui, quæ videbatur accuratior; ut simul
omnes lineas, & sectiones Circuli, quæ in Globis cœlesti-
bus conspicuntur, & sine quibus Stellæ aliās dignosci ne-
queunt, possem apte & congruenter delineare, simul etiam
quilibet Tyro eas promte dignoscere: utpote Eclipticam,
Æquatorem, Coluros Solstitiorum, Tropicum Cancri, Tro-
picum Capricorni, Coluros Æquinoctiorum, atque cir-
culos Arcticos. Deinde hasce lineas, prout fieri debuit,
in singulōs gradūs distribui, in primis Eclipticam, sive Li-
neam Longitudinis, nec non Latitudinis, & quidem ea ra-
tione, quā in quolibet Schemate convenienter licuit; quod

*Quæratione
in quolibet
Schemate
sidera sint
exhibita.*

*Circumvi-
cina sidera
nudis lineolis
tantum sunt
circumscri-
pta.*

*In quolibet
Iconismo pa-
riter Circuli
cœlestes, cum
corum divi-
sonibus sunt
descripti.*

nemo non cuiusvis Stellæ Longitudinem atque Latitudinem è vestigio deprehendere posset. Melioris autem Intellectus gratiâ volui cuiusvis Zodiaci Sideris benè conspicuam lineam ducere, ac eo loco usitatum Zodiaci Si-

Quot gradus qualibet Figura secundum Lon- gitudinem continentur, atque secundum Latitudinem quam compre- hendar. gnum apponere. In qualibet Figurâ plerumq; duo Sidera, hoc est, sexaginta Gradus circiter, secundum Longitudinem continentur, atq; secundum Latitudinem quadrageinta circiter Gradus; in istis vero Figuris Asterismos continentibus, qui Polis viciniores, nonnunquam tria, quatuor, imò quinq; Zodiaci integra Signa secundum Longitudinem apparent, atq; secundum Latitudinem quinquaginta, interdum etiam sexaginta Gradus sunt descripti, prout spatium, atq; forma delineationis id concescit. Sci-

Alier in piano, aliud in Globis con- vexis Sidera delineantur. as enim, mi Lector, quod designatio omnium Siderum, vel linea rectæ, non omnino eatenus in plano describi potuerint, ut quidem ipsi Circuli vel sectiones Circulorum in Globis. Atq; exinde Gradus hic in plano designati, non in quibusvis Figuris semper eandem retinere potuerunt magnitudinem. Quanquam in multis, ubi id permittebatur, ejusdem magnitudinis, tam secundum Longitudinem, quam Latitudinem gradus retinui; in nonnullis vero, in quibus amplitudo alicujus Sideris poscebat, ampliores vel arctiores gradus descripsi, praesertim in Sideribus Polo nostro Arctico vicinioribus, in quibus plerumq; Gradus Latitudinis minores sunt, quam circa Eclipticam & Aequatorem. Idem circa Polum Antarcticum observatum est; quippe in Globis, Circuli Latitudinis, & Declinationis ad Polum ducti, continuò arctius concurrunt, donec in uno eodemq; Centro convenient, sicuti omnibus est liquidum.

In nonnullis Schema- tibus etiam Zodiacus est repre- sentatus. De coetero, quod attinet Lineas in hisce Schematicibus Uranographicis, invenies in multis adhuc duas Eclipticæ parallelas: Et quidem eo fine, ut terminos Zodiaci ab utroq; latere Eclipticæ indicarent, in quo spatio Planetæ cursum

cursum suum omni tempore exercent. Nam, uti vel Tyrones Astronomiae optimè nōrunt, non omnes Planetæ omni tempore præcisè in ipsâ Eclipticâ incedunt, ad ductum & normam Solis; sed sāpius modò supra, Aquilonem versùs, modò infra Eclipticam, Austrum versùs iter faciunt, pro cujusvis propriâ inclinatione, & Angulo Orbitæ, ab Eclipticâ deviant, nunc sunt Boreales, nunc Australes.

Præter hæc scire etiam oportet, quâ ratione & facie, Tabulæ hæc Uranographicæ universæ totius Firmamenti Sobiesciani sint designatæ; quandoquidem non perinde est, utrum Stellas sub concavo, an verò ab extra, sive Globum convexum & Firmamentum adspicias. Si omnium primi Observatores, & quicunque Fixarum Catalogos considerunt, & de Astris scriperunt, statim initio Stellas omnes sic denominassent, ac si concavitatem cœli adspexissent, tūm nos Posteri rectè faceremus, si iis vestigiis inhæreamus. Verūm cùm P rædecessores Cœlum contemplati fuerint, ac si Cœlum convexum ab extra, ut in Globis artificialibus contingit, adspicerent; igitur omnino' necesse est, ut Eos sequamur, atque ita etiam Schemata Uranographica in plano sic delineentur, Sidera cum Stellis pariter constituantur, prout omnium primò Globis convexis fuerunt delineata, & descripta; ut quodlibet Sidus, quod Veteres à tergo adspexerunt, etiam in plano atque eadem specie maneat, & dextra non minus dextra, tum sinistra itidem sinistra denominari possint. Id quod neutquam succederet, si supponamus Sidera atque Nomina Fixarum fundata esse sub Cœlo concavo; quippe tum omnia invertuntur, ac sinistra sunt dextra, rursus dextra sinistra, & quæcumque à parte posteriori sita sunt, ab anteriori conspiciuntur. In summa, tota Astronomia, ejusque Culto-

res

*An stelle qua-
fi sub concav-
o, an verò
in convexa
rate Globi
celestis exhib-
itantur.*

*Veterum
vestigiis in-
sistendum.*

*Si Stella
sub concavo
effarent descri-
pta, omnia
confunde-
rentur.*

res omnes, nec non Fixarum Catalogi hucusque editi omnino confunderentur, ut nulla ferè Nomina Stellis imposita amplius quadrarent: exempli gratiâ, Humerus, sive Pes dexter, esset Humerus sive Pes sinister; item pars posterior in animalibus esset pars anterior, tum omnes & singulæ Stellaræ, quæ reverâ sunt præcedentes, fierent eâ

Bayeri Uranometriae ratione sequentes: prout abundè ex Bayeri Uranometriâ nomine or- patet, quæ omnia inverso Ordine exhibet. Delineationes mnia inver- sò ordine quidem puto Eum ritè descripsisse, sed postea ex inco- tradit.

Quod ad modum effigie Quod adgitantiâ ratione Sculpturæ fuisse inversas. Exinde Bay- erus omnes Stellas literis a, b, c, d, &c. distinguere coa-ctus est; id quod certè Astrophilis admodùm est mole- stum. Nam quæcunque apud Autores genuinis leguntur nominibus, ex a, b, c, d, &c. nonnisi magno labore, &

Nibilominus alii ipsius rebus sece oblectant, qui genuina Stellarum nominatio ignorari. temporis jacturâ intelliguntur. Nihilo tamen minus non nulli reperiuntur, quibus volupe est hisce literis Alphabe- ticas sæpius ludere, cum ipsis fortasse ignota sint genuina Stellarum Nomina: præstaret, nec non Lectori gratius for- ret, quamlibet Stellam debito nomine, juxta usitatos Fixarum Catalogos, usitatosque Globos cœlestes insignire, atque Uranometriam Bayeri hâc in parte relinquere. Non enim omnes & singuli possident Bayeri Uranomes- triam, sed quilibet Astronomiæ Cultor aliquo Globo cœ- lesti sanè fruitur.

Quâ facie Auctior in hoc Uranographia Sidera & Stellaris delineaverit. Ex his rationibus inductus quoque sum, ut omnes Ef- figies Siderum in hâc nostrâ Uranographiâ repræsentarem, uti in Globis habentur, eâ quidem ratione, ac si faciem versus Polum Arcticum convertamus, ut ad sinistram occi- dentem, sive occasum, & ad dextram orientem, sive ortum habeamus: atque sic Zodiaci Signa rectè incedunt, ab occasu ad ortum: prout eorum, nec non omnium fixarum motus reverâ in cœlo contingit. Hoc modo pariter universa Stellarum Nomina in quibusvis Catalogis conser- vantur;

vantur, & unusquisque Auctorum Volumina legens protinus Stellas, prout in Globis, sic etiam in hâc nostrâ Uranographiâ invenire & deprehendere poterit, adeò ut non opus hâc ratione sit, Schemata tot literis maculare atque onerare: præprimis cùm ego omnes Figuras sive Sidera cœlestia Veterum Astronomorum, quæ aliquâ correctione & reformatione opus habuerunt, ita correxerim & disposuerim, ut, dummodò quis Stellarum Nomina ex nostro Catalogo sciat, actutum etiam in quibusvis Figuris ea reperire queat, etiam si earum Longitudines & Latitudines planè ignoret.

Magnitudines Stellarum quod concernit, illas in sex tantummodò Classes, ad evitandam omnem confusionem, more veterum distinxī, ut diversitas earum esset eò notabilior. Quoad Ordinem verò Siderum & Figurarum in hacce nostrâ Uranographiâ, planè alium observavi quam in nostro Fixarum Catalogo, in quo, certis ex rationibus, secundūm ordinem Alphabeticum, sicuti ex nostro Astronomiæ Prodromo, Capite nono percipies, sibi invicem succedunt. Siquidem eo ordine eas collocavi, prout à Polo nostro Arcticō Eclipticam & Äquatoriem versùs descendunt, & sic per consequens rursùs Polum Antarcticum versùs se conferunt. Atque ita Figura omnium prima est Ursa Minor A, altera Draco B, tertia Cepheus C, & omnium ultima Polus Antarcticus FF, prolixius id commonstrante Tabella, quæ subsequitur:

*Hoc modo
Veterum Nō-
mina conser-
vantur.*

*Stelle in
quot Clases
sunt aſtribu-
tae.*

*Auctori ali-
um Ordinem
in Urano-
graphiâ,
quam in Fi-
xarum Ca-
talogo obser-
vavit.*

OR-

Affio

Ordo Figu-
rarium.ORDO FIGURARUM
URANOGRAPHICARUM.

1. Ursa Minor.	A.	29. Cancer.	EE.
2. Draco.	B.	30. Leo Major.	FF.
3. Cepheus.	C.	31. Virgo.	GG.
4. Ursa Major.	D.	32. Libra.	HH.
5. Canes Venatici.	E.	33. Scorpius.	II.
6. Bootes , Mons Mœnalis, & Coma Berenices.	F.	34. Sagittarius.	KK.
7. Corona Borealis.	G.	35. Capricornus.	LL.
8. Hercules & Cerberus.	H.	36. Aquarius.	MM.
9. Lyra.	I.	37. Pisces.	NN.
10. Cygnus.	K.	38. Cetus.	OO.
11. Vulpecula cum Ansere.	L.	39. Eridanus , Phœnix , Toucan.	PP.
12. Lacerta s. Stellio.	M.	40. Orion.	QQ.
13. Cassiopeja.	N.	41. Monoceros.	RR.
14. Camelopardalus.	O.	42. Canis Minor.	SS.
15. Serpens & Serpentarius.	P.	43. Hydra.	TT.
16. Scutum Sobiescianum.	Q.	44. Urania Sextans.	VV.
17. Aquila & Antinous.	R.	45. Crater & Corvus.	WW.
18. Delphinus, Equuleus, & Sagitta.	S.	46. Centaurus & Crux.	XX.
19. Pegasus.	T.	47. Lupus.	YY.
20. Andromeda.	V.	48. Ara, Triangulum & Pavo.	ZZ.
21. Perseus.	W.	49. Corona Australis.	AAa.
22. Auriga.	X.	50. Piscis Notius & Grus.	BBb.
23. Lynx.	Y.	51. Lepus & Columba.	CCc.
24. Leo Minor.	Z.	52. Canis Major.	DDd.
25. Triangulum Majus, Mi- nus, & Musca.	AA.	53. Argo Navis , Robur Carol.	EEe.
26. Aries.	BB.	54. Polus Antarcticus.	FFF.
27. Taurus.	CC.	55. Hemisphærium Arcticum.	II.
28. Gemini.	DD.	56. Hemisphærium Antarcticum.	IV.

Hoc loco nobis quoque incumbet agere de Numero omnium Siderum & Stellarum , quas in hasce Tabulas Uranographicas retuli , atque notavi , tam ad Veterum Asterismos spectantes , quam ad eas , quas ego pri-
Quare An-
Et hoc loco
de Numero
Stellarum
non agat.
mum ad Firmamentum , tanquam primus earum Observator , transtuli : Verum , quia jam fusè de his omnibus , in Prodromo Astronomiæ actum est , legat benignus Astro-

IN FIRMAM. SOBIESC. INTRODUCTIO. 9

Astrophilus Caput VIII. si lubet ; ubi simul habebit peculiarem Tabellam , exhibentem , quot Stellas tam antiquas , quam novas unumquodque sidus comprehendat , tum quoque addiscet , qualem ex Characteribus unicuique attribuerim , qui studio Astronomico summè sunt necessarii . Nam quemadmodum Vetustiores Cœli Interpretes , laudatissimi nostri Antecessores , singulares Characteres duodecim siderum Zodiaci , utpote v. , 8. , ii. , &c. finixerunt ; ita quoque ego summoperè necessarium esse duxi , ut reliquorum siderum omnium tam Borealium , quam Australium , peculiares Characteres excogitarem . Quos unde depromserim , & quo fundamento nitantur , quilibet fusè satis detectum , in dicto Astronomiæ Prodromo inveniet , adeò ut hic loci ea repetere planè supervacaneum esse credam . Ex eodem pariter Capite abundè intelleges , quare nova mea duodecim recentiora Sidera , sic & non aliter denominaverim ; quare omnino talem Figurem , sive tale Animal & non aliud constituerim ; quare hocce vel illud sidus , hoc & non alio loco reposuerim , & hujus generis plura , quæ iterum repetere fastidiosum foret . In summâ , Benevole Astrorum Cultor , si quis hanc nostram Uranographiam , sive Firmamentum Sobiescianum penitus intelligere , ejusque fundamenta rectè cognoscere , inque usum omnia commode transferre satagit , oportet necessario , ut habeat ad manus nostrum Astronomiæ Prodromum , nec non Fixarum Catalogum , eaque omnia attente perlegat atque perpendat .

Denique bene notabilis Quæstio adhuc supereft resol-
venda , quam Cultores Rerum Sideralium bono animo pro-
ponere possebant : nimirum , cur Ego non (cùm tantos
labores exantlaverim , totq; sumptus cum in fine erogaverim ,

*Quodlibet
sidus peculia-
ri Characteres
re ab Autio-
re est dona-
tum.*

*Prout ex
Prodromo
Astronomie
satis supergy-
patur.*

*Uranogra-
phia depen-
det ex Pro-
dromo Astro-
nomie.*

*Ardua Quæ-
stio bic mo-
veri potest.*

ut novum prorsus & correctiorem Fixarum Catalogum, plurima nova planè Sidera conderem, totque novas omnino Stellas, hactenus nondum à quopiam rite observatas, Catalogo adjicerem) in eam devenerim Sententiam, ut Constellationibus omnibus, diversa prorsus nomina, & quidem Christiana imposuerim, atque sic universa Nomi-

*Cur Aut
Eorum nō Chri
stiana No
mina sideri
bus impone
rit.*

&c. non minus bruta illa & ferocia Animalia, utpote Ursam majorem, Taurum, Leonem, Scorpionem &c. penitus eradicaverim; in illorum verò locum, Apostolos, Prophetas, aliosque Divos Viros substituerim. Neces-
titas enim flagitat, ut nos Christiani omnia illa, quæ ab Eth-
nicis originem duxerunt, profana, & quæ ad Idololatriam
spectant, vel aliquatenus eam excitare possunt, raditus
extirpemus, ac magis magisque supprimere studeamus:
quemadmodum Julius Schillerus in Cœlo Stellato, ut opus

*Ad Exam
plum Schil
leri.*

vocat, jam Anno 1627. Augustæ Vindelicorum edito,

nobis facem prætulit.

Ultrò fateor, Schillerum sine omni dubio, optimam
Intentionem eo tempore habuisse; videturque initio,
antequam res altius perpenditur, & mihi gloriosum fuisse,
si vestigiis Ejus inhæsissim, atque hocce bonum proposi-
tum omnibus viribus promovissem. Verùm enim verò,

*Non confu
tum fuit Au
toris Schille
ri sequi.*

benigne Lector, id mihi profectò accidisset, quod Schil-
lero jam obtigit, ut omnia essent frustranea apud Succes-
sores, & Posteritatem, sicuti Astronomiæ peritiores opti-
mè nōrunt omnes: spatio nempe sexaginta annorum, à quo
tempore Cœlum Stellatum Christianum Schilleri prodiit, at-
que omnium oculis fuit expositum, neminem adhuc ex o-
mnibus Rerum Cœlestium Scrutatoribus esse, vel fuisse, qui
datâ ullâ occasione, vel in scribendis Operibus, vel Episto-
lis, Disputationibus aut Dissertationibus, usus fuerit ex Schil-
leri sententiâ Sanctorum Nominibus. Nam certè, ne-

mo

mo unquam gentium illos intellexisset, quænam Sidera, vel quasnam Stellas indigitarent, vel quidnam vellent, licet apud omnes Cœlum Schilleri Stellatum reperiretur, quod tamen non ubique obvium ac venale est, atque exinde à paucissimis inter literatos posidetur. Sanè quām is molestus atque tædiosus foret labor, priusquam aliquis pervolutando totum volumen inveniret, quodnam Sidus, vel quænam Stella indicaretur? Exempli gratiâ: si quis scriberet, Cometam esse observatum in naviculâ S. Petri ad Stellam in margine boreo naviculae, lucidarum tertiam, post remum primam: ab eo loco processisse sub quartâ Stellâ ibidem ad puppim, seu Lucidâ post remum secundâ, in funibus Sagenæ, versus sequentem hanc, in puppi post remum tertiam, seu versus Septentrionem ultimam, ad marginem Austrinum.

*Inconvenientia Cali
Stellati Schilleri.*

Quis, obsecro, omnium hactenus eruditissimorum hæc unquam intelligeret vel comprehendenderet, cùm obscuritate suâ mentem Lectoris potius confundant, quām juvent? Si prius ista ex Schillero inquiri debeant, quis tantam molestiam devoraret? Citiùs, credo, quis desereret totum Cometam, utut splendidissimum, maximèque notabilem, in primis is, qui Cœlum Stellatum Schilleri non posidet, vel unquam adhuc inspexit. Nonne, benevole Astrosope, multò breviùs ac clariùs omnia exprimerentur, ut etiam Tyrones actutum intelligerent, si dicerem, Cometam esse observatum in Ursâ Majori, ad primam Caudæ, hinc mi grasse sub mediâ caudæ ad ultimam? Quibus quinque vel sex Verbis res tota esset proposita, quæ Schilleri nominibus viginti & pluribus comprehendi haud potest; & cuius Nomina in nullo tam Veterum, quām Recentiorum Catalogo (si Schillerianum excipias) reperiuntur, multò minus in aliquo Globo coelesti, quandoquidem nullus adhuc Globus ad Schilleri mentem in lucem prodiiit; atque ejus generis

*Veterum
nominibus
multò brevi-
ius & clarius
exponuntur
observatae.*

*Globus ad-
buc nullus
ratione Schil-
lerianâ est
constructus.*

aliquem protrudere in publicum, labor esset planè frustraneus: eo enim opere nunquam Globi hactenùs usitati penitus supprimerentur, nec Astronomiæ conduceret, sicut pluribus infrà commonstrabitur.

Quid Schilleriani objicerere possent? Qui Schilleri stant à partibus objicere quidem possent: Omnia sine dubio ex voto successura, dummodò Astronomiæ cultores sese totos vellent devovere isti studio, atque Nomina illa Christiana æquè sibi familiaria reddere, ac hactenus Ethnicorum, insuper Juniores, utpote Discipulos, statim ab ipsâ Juventute iis assuefacerent, Cœlumque ipsum nonnisi sub iis nominibus ostenderent, ac describerent Tyronibus. Verum ad hæc responderi potest, facilius esse aliquid dicere, quam facere, & ad effectum deducere. Nam, si quis à teneris Scientiam vel Artem aliquam, per consuetos terminos, utut videantur inconvenientes & absurdī, addidicit, ægrè admodum artem illam exercere potest, si per peregrinos planè, nunc primùm excogitatos Terminos rem omnem expedire debeat. Res fere est eadem, ac si quis diceret, in totâ Geographiâ No-

Confuta bona facili abrogantur. *Id quod magis magis stabilitur per Geographiam.* mina universa Regionum, Civitatum, Fluviorum, Montium, Marium ac Lacuum, locis non bene convenire, partim quod ab Ethnicis originem trahant, partim obscura sint & absurdā, atque exinde se velle Nomina hactenus usitata omnia, tam in Europâ, Asiâ, Africâ, quam in Americâ plane immutare. Nam etsi convenientissimis, pulcherrimis, ac religiosissimis loca denominationibus insigniret: quæso! quidnam illo maximo opere efficeret, vel imposterum à Successoribus obtineret? profecto planè nihil.

Peregrina planis Nomina si quis in Geographiam vel Globum Terrestrem inferre, omnia profecto com- turbarentur. quisque ad unum omnes, tum etiam Posteri omnino turbarentur, & confunderentur, ut nullius planè Autoris

Autoris Scripta ; à Mundo condito hucusque edita , utut
præstantissima , cum aliquo fructu legere vel intelligere
possent. Si respondeas, oportet simul etiam habeas in
promptu usitatas Tabulas Geographicas , ut simul conferre
eas possis . Sed , quælo , quid opus est , tantam non
solùm molestiam , sed etiam duplices sumptus sibi creare ,
& per ambages incedere ? cùm breviori via id obtinere
queamus , quandoquidem per solas Tabulas Veterum
usitatas , absque omni difficultate , actutum detegere , ac
addiscere possumus omnia .

Similiter comparatum est cum Schilleri Cœlo Stellato ,
iisque nominibus , quibus Stellas & Planetas nuncupavit .
Nam et si moderni Astronomi , tum etiam Successores ,
omni vi se aliosque compellere vellent , ut eò devenirent ,
quò radicitùs ex cerebro exstirparent veterum Ethnico-
rum nomina : quid tum præstabimus , mi amice ? nihil
quicquam amplius , quam ut nos ipsos , totamque Posteri-
tatem incapaces redderemus , vel ullum aliquod Scriptum
Astronomicum , quotquot etiam extent , intelligendi . Sicq;
sublimis illa Scientia Sideralis non de die in diem plus
plusque cresceret , sed è contrario decresceret , atque
tandem penitus extingyeretur ; imò maxima pars Juvenum
& Tyronum , quæ adhuc conaretur istud studium addisce-
re , idque ulterius excolere , ad nauseam redacta , à studio
isto prorsus deterreretur .

De me ultrò fateor , si initio (cùm Cœlum intueri , Ob-
servationesq;ue instituere cœpi) debuisse atque obstrictus
fuisse , omnes & singulas meas Observationes , tam Plane-
tarum , Cometerum , quam fixarum omnium , nominibus
Schillerianis annotare , & describere , profectò nullo ære , vel
premio ad istum intolerabilem laborem unquam fuisse
adductus ; etiamsi ad studium istud à Juventute maximè
propendeam . Consueta enim Nomina jam adeò erant
mihi

*Quæ via
etiam una
quam id sua
speratur.*

*Cum Cœ-
lo Stellato
Schilleri est
res omnino
eadem.*

*Quid Au-
tor presta-
rit , si ab
initio nomi-
nibus Schil-
lerianis uiri
debuitur.*

mihi familiaria & cerebro infixa, ut potius totum studium Astronomicum deseruisse, ac alteri cuidam Spartam illam meam lubens volens obtulisse.

Quid Calendariographis accidisset. Adhac, si omnibus viribus Schilleriana Nomina ita vellemus introducere, ut toti Orbi innotescerent, ac Ethnicorum Nomina ex mente Christianorum penitus extirparentur; omnino necessarium foret, ut sine ulla mora universa Calendaria & Ephemerides in toto Orbe Christiano, ratione Schillerianâ supputarentur, conscriberentur & ederentur. Astrologis & Calendariographis non amplius licitum esset differere de Saturno, Jove, Marte, Sole, Lunâ, Venere, & Mercurio; sed de Adamo, Moysi, Iosuâ, Christo, Mariâ, Johanne Baptista & Eliâ; quippe his nominibus apud Schillerum Planetæ denotantur, juxta septem illos versiculos, quos dictus Auctor in Cœlo suo Stellato exhibuit:

- Est SATURNUS ADAM, primus Pater atq; Colonus,
- JUPITER est MOSES, Legum dator ille Jehovæ,
- Belliger Israel Populi Dux JOSUA MAVORS.
- Est SOL Justitiae CHRISTUS Mediator JESUS.
- Præcursor Christi JOHANNES LUCIFER almus.
- MERCURIUS dubius cœlo venturus ELIAS.
- LUNA Dei genitrix, & Virgo beata MARIA.

Signa Astri- riorum univer- a effent re- jicienda, & alia pro- fusa nova sub- sistenda. Deinde haut possent amplius ad Calendaria & Ephemerides referre hactenus usitata illa Signa Zodiaci, Aries, Taurus, Geminis &c, sed nova illa Schilleri, ut pote clavem Petri, crucem decussatam Andreæ, Baculum Jacobi &c, quoniam Aries apud Schillerum est Petrus, Taurus Andreas, Gemini Jacobus Major, Cancer Johannes, Leo Thomas, Virgo Jacobus Minor, Libra Philippus, Scorpius Bartholomæus, Sagittarius Matthæus, Capricornus Simon, Aquarius Judas Thaddeus, Pisces Matthias: sicuti patet ex pag. 21. Cœli Stellati

lati Schilleriani. Hanc igitur ob causam Astrologis non amplius liceret scribere, Jupiter est in Tauro, sed Moy-ses in Andreā; non Mars existit in Geminis, sed Josua in Jacobo Minore; non Mercurius versatur in Librā, sed E-lias in Philippo, Bartholomæo, Matthæo, & sic deinceps. Quæso? mi Amice, qualenam Calendarium hoc-
Quonodo-
rum loquen-
dam aut
scriberendum
foret.
ce foret? quām multifaria Astrologis toleranda essent fa-
stidia? Quis unquam Herculeum istum laborem ipsis
Hæc ratio-
ne paucissimi
sanè confor-
merent Ca-
lendaria.
plene compensaret? an sufficerent paucissima illa Calen-
dariorum folia ad annotandos eo modo adspectus Planeta-
rum omnes, cæteraque describenda? Imò, concessio, hæc-
ce fieri posse omnia, quis, amabo, ad edenda ejus gene-
ris Calendaria sumptus suppeditaret? quis illa emeret? Ne-
Imò paucio-
res illa eme-
rent.
mo sanè illa intelligeret, nedum ad quotidianum usum ad-
hibere posset. In summâ, quò magis hocce negotium
perpenditur, eò plures rationes sese offerunt ad novam
Quò alteri-
us progredi-
tur in nego-
cio Schille-
riano. Cœre-
s fit in ricio
tior & diffi-
cilio.
hanc methodum, Sidera & Stellas denominandi, dese-
rendam, & prorsus rejiciendam. Licet autem quis re-
gerere possit, à Schillero res illas esse inceptas, bonâ in-
tentione, ad promovendam fortè devotionem: attamen
locutiones istæ, quibus ad exprimendas e. gr. Solis vel
Lunæ obscurationes seu Eclipses, aut circa describendas
Planetarum occultationes, & alibi sæpiùs utendum esset,
anon aliquas absurditates, immò abusum & profanatio-
nem Sanctorum Nominum inferrent, omnibus piè sen-
tientibus judicandum relinquitur. Taceo, Schillerum inter
nova illa Sidera Cœlestia, quæ ad Firmamentum repo-
suit, simul res aliquas retulisse, quemadmodum Columbam
Noachi, Arcam Noe, Jordanum Fluvium, Abelem &
hujus generis alia, quibus nullum à nobis deberi cultum,
quilibet Christianus haud ignorat: ut credi non possit,

ad Venerationem Sideribus illis omnibus conciliandam, eorum nomina à Schillero introducta esse.

Si Schilleriana & antiqua nomina nobis debent esse cognita, duplex requiruntur. Petet. Illud interim prætereundum non est, quod, cum magna pars Sideralis Scientiae ex Veterum Astronomorum lectio ne dependeat, eaque nemo, aliquid solidi hoc in studio præflare cupiens carere possit, quilibet Schillerianorum tantummodo nominum gnarus, Auctores illos legere, & intelligere nequeat, aut, si lectioni eorum se applicare velit, Schilleriana simul & antiqua Siderum Stellarumque nomina addiscere necesse habeat. Ad quam duplarem operam quantum temporis requiratur, unusquisque facile prævidet; quod tamen pro Vita humanæ brevitate, nimis pretiosum est, & potius ad materiarum seu rerum in Astronomicis nondum fatis detectarum cognitionem perfectius acquirendam, quam memoriam novis verborum ac Nominum inventis, præter necessitatem, obruendam impendendum erat.

Et tempus rebus gravioribus in Astronomia impendi poterat. Proinde, sicuti Sidera illa cœlestia Christianis nonnibus insignita, Stellasque omnes, ita contemplari debemus, ut Dei Optimi Maximi, Rerum omnium Creatoris, summam Sapientiam, stupendaque miracula perpendamus, depraedicemus, occasionemque arripiamus, ea omnia ad Gloriam Ejus plus plusque Orbi, & Posteritati exponendi: ita nos Christianos decet, Sidera illa Ethnica & Profana, tam à Veteribus, quam recentioribus Astronomis ad Firmamentum relata, inque Globis descripta (sive sint Personæ, Animalia, sive Figuræ) nominaque Stellis imposita, eatenus assumere, quatenus illas tantummodo discernere ab invicem possumus (prout Geographi retinent Antiquorum Nomina) atque omni occasione in Studio nostro Astronomico illis uti; ad exemplum Prædecessorum nostrorum, qui in omnibus Scriptis suis & Catalogis usitata illa Nomina nobis reliquerunt.

Car. nomina Sideribus & Stellis sunt indita.

Ex his igitur supra allatis rationibus pariter inductus ac
impulsus fui, ut statuerem, in scriptis meis, & observationibus,
consueta tam Planetarum, quam Fixarum nomina, ut nunc,
sic & imposterum constanter retinere & conservare. Quod
etiam propositum meum firmiter, quantum fieri potuit, se-
cucus sum, atque in illis Veterum denominationibus nihil
quicquam mutavi, nisi summa necessitate id exigente: Vi-
delicit, si quando positura Animalium, vel Figurarum, lon-
gævæ temporis diuturnitate aliqualem diversam faciem in-
duit, ex Pictorum vel Sculptorum negligentiâ, ut Stellam
aliquam, quæ à Veteribus & Tychone nominata est, e.
gr. in Cane majore, in Ventre, ego appellem in Ter-
go; cum reverâ in Tergo etiam consistat: & ejus generis
plura. Nam Figuras ita ordinavi, atque disposui, ut quan-
tum unquam licuit, secundum eorum Membra & Positum
Figurarum, Nomina Stellis fuerint indita; adeò ut illicè,
dummodò earum Nomina ex Catalogo scias, absque omni
molestia & connotatione literarum, quamlibet Stellam in
hisce Schematibus Uranographicis, & ejus generis Globis
cœlestibus detegere queas: præprimis recentiores illas Stel-
las hoc Charactere, IH, in Catalogo nostro notatas, præ-
cisè ad earum situm nuncupayi, & quæ reverâ sunt præ-
cedentes, & sequentes, manent etiam in nostris Schema-
tismis præcedentes & sequentes, quæ alias in Bayeri Ura-
nometriâ planè confunduntur. Præcedentes verò sunt,
quæ citius culminant, & ad Meridianum motu diurno ac-
cedunt; hoc est, quarum Longitudo minor est in Eclipti-
câ; rursus sequentes, quæ tardius ad Meridianum perve-
niunt, & quarum Longitudo S. S. S. jam major existit:
nimirūm, datur aliqua Stella, in 20 gradu ν, atque
altera in 21 gradu γ, dico illam in 20 gr. ν esse præce-
denteim, alteram verò in 21 gr. γ esse sequentem.

*Ante omn-
de indæctis,
quid Veter-
rum & con-
suetar nomi-
na reine-
rit.*

*Nonnum-
quam Au-
tor Veterum
nomina ex
parte immu-
tavit. Et qua-
re.*

*Et nihilo-
minus abs-
que literis
Locus cuius-
cunque Stel-
le protinus
in Tabulis
Uranogra-
phicis inven-
niri potest.*

*Quanam
Stelle prece-
danti & qua-
nam sequan-
tur.*

*De duobus
Schematibus
majoribus
totum Calum
Stellatum
representan-
tibus.*

Postremò, post hasce nostras Figuras Uranographicas, incipiendo ab A ad FFf, quarum 54 sunt, uti ex superiori Tabellà liquet, sequuntur adhuc Figuræ duæ generales aliquantò majores; quæ in duobus Schematibus repræsentant Figuras antecedentes simul omnes, sive totum Globum Coelestem in plano descriptum, per duo Hemisphæria, Arcticum videlicet, & Antarcticum. Ex quibus æquè distincte & promte cognosces, & addisces omnia, quam ex Globis artificialibus ipsis trium vel quatuor pedum in Diámetro; sed in eo differunt dictæ duæ Tabulæ Geriales, à tantæ magnitudinis Globis, quod longè commodiores unicuique, & longè vilioris sint pretii, tum facilius ab uno ad alium locum, sursum, deorsum transportentur, in itineribus, mari terraque circumferantur, quod verò minimis cum Globis vix fieri potest. Deinde binæ hæ Figuræ generales, exhibent æquè distincte omnes Circulos cœlestes, & pari ratione, ut ipsi Globi, Eclipticam, Äquatorem, utrumque Tropicum Cancri & Capricorni, Arcticum nec non Antarcticum, simul etiam omnes Circulos Latitudinis cuiusvis Signi Zodiaci, adeò ut quilibet etiam Tyro, cui id tantum semel vel bis commonstratur, protinus, si paucissima solummodo Minuta excipias, cuiusvis Stellæ Longitudinem & Latitudinem accuratè, imò promtius, quam ex ipsis præcedentibus 54 Schematismis reperire atque cognoscere possit.

*Quaratio-
ne finis de-
scripta.*

*tuis eorum
effacillimus.*

*Quomodo
enjuria Stel-
la Longitudo
& Latitudo
facillimo ne-
gocio inve-
niatur.*

Quandoquidem non opus habes, nisi ut Regulam aliquam ad Centrum Stellæ & Eclipticæ in hisce Hemisphæriis colloces, tum statim in ipsa Eclipticâ, Tibi Regula illa commonstrat, qualem Stella illa habeat Longitudinem in gradibus & quindecim minutis; postea apprehende Circulum, ejusque pedem pone in Centrum Stellæ, alterum verò pedem transfer in Polum Eclipticæ, quod spatium indicat illius Stellæ distantiam à Polo Eclipticæ, vel ejus complementum Latitudinis; quam distan-
tiam,

tiam, immotò scilicet priore pede circini in Polo Eclipticæ, transfer in Lineam Latitudinis ab Ariete, per Polum Eclipticæ ad Libram incedentem (in Hemisphærio nimirum nostro Arctico; in Antarcticō verò in illam lineam quæ à Cancro ad Capricornū procedit) tunc protinus alter Pes circini Tibi indicabit ipsam genuinam Latitudinem illius Stellæ. At verò hæcce Linea Latitudinis, non omnino in partes æquales est distincta, uti vides, sed in inæquales; illæ particulæ viciniores Eclipticæ sunt majores, quò autem magis ad Polum Eclipticæ accedunt, sunt minores; id quod ex necessitate sic contingit, cùm omnia ibidem in plano, non in Globo convexo sint delineata: prout Eruditioribus in Rebus Astronomicis nonnihil versatis haud obscurum est. Atvero Tyronibus hæcce omnia elucidare, hoc loco nimis longum foret, nec Scopus meus modò permittit.

In summâ, hæcce bina Hemisphæria cœlestia maximè sunt necessaria Astrosophis omnibus, ut ea omni tempore unâ cum nostro Fixarum Catalogo in promptu habeant, præsertim Nautis, & qui mari iter faciunt, qui Globos illos majores cœlestes non ubique circumferre queunt. Quapropter utrumque hocce Hemisphærium Astronomiæ Prodromo, in eoque exhibito Catalogo meo annexi potest, quò simul quilibet Astronomiæ Cultor & Fixarum Catalogum, & Globum aliquem in plano descriptum in promptu haberet, ex quo sibi Stellas familiares reddere, eorumque nomina eò promptius possit addiscere; pariterque ex illis Hemisphæriis cujuscunque Fixæ magnitudinem cognoscere: quippe differentia earum magnitudinis, sicuti Catalogus exhibet, omni Industriâ, in dictis Hemisphæriis sunt designatae.

Habes itaque, Benevole Astrosophe, quæ breviter in Proœmio Firmamenti Sobiesciani, sive Uranographiæ

*Linea Lat.
itudinis non
æquales ex-
hibentes partes.*

Et unde?

*Hemisphæria
cœlestia ma-
ximum ba-
bent usum.*

*Ex Hemis-
phæriis Ma-
gnitudines
Stellarum
quæq; addi-
cuntur.*

*Auctor Ura-
nographiam
Praeficerat
commendat.* nostræ attingere mihi proposueram, non dubitans quin à plurimis, præsertim à sincerâ Posteritate, hæc pagellæ sereno vultu accipientur, quæ (id quod absque jactantia dictum esto) tanto labore & molestia, per tot annorum de-

*Multo labore
& sudore efi
acquisita.* cades diu noctuque exantlato tandem, anquente singulari Divini Numinis Gratia, mihi enatae sunt; in quod opus priusquam eò devenire potuerim, haud exiguum facultatum mearum partem insumsi, imò multam virium corporis atque valetudinis meæ jacturam fecis quibus tamen

Auctor agno. minimè indoleo, sed iterum iterumque Deo Directori Rescit singulari- rum omnium ex toto pectore humillimas ago gratias, quod Divi- nam Gratia- am sibi con- cessam.

rum tantum ardorem, & cupiditatem à teneris instillaverit, ut non solum quales quales meas Operas Astronomicas feliciter inchoare licuerit, sed etiam ad eas ex voto continuandas, corporis atque animi vires benignissime ac constansimè concesserit, quò tandem dictas Opellas meas omnes, inter tot occupationes, curas & sollicitudines, tam privatas quam publicas, in primis vero interveniente ferali illo incendio, & latissimâ illa meâ strage, felicissime ad exoptatum finem ipsemet perducere potuerim: quæ ut in Gloriam Di-

*Votum Au-
toris.* vinæ Majestatis, atque Sideralis Scientiæ commodum ce- dant, denuò animitus precor.

*Aderunt sine
omni dubio
etiam Momi
universitas
gillantes.* Quicquid autem ejus rei sit, puto tamen nonnullos fore, qui omnes meas opellas, licet bonâ intentione suscep- ptas, inque lucem editas suggillare, carpere atque perstringere ausint, præsertim illi, qui gloriari solent, se omnia sexages posse perfectiora, & exactiora reddere, & qui omnia floccifaciunt & rejiciunt, quæcumque non ipsimet,

vel eorum Asseclæ, aut Societate aliquâ conjuncti, invenerunt, elaborarunt, & ediderunt. Verum enim vero, credas mihi, nullo id me dolore afficit, nec opusculis meis

*Qui tamen
non alien-
dendi.* quicquam derogabit, quæ vel invitatis ipsis in pristino sunt permanfura statu. Certè unicuique præstantiora in me- dium

dium proferre, qui potest, per me licet; verum non nudis & glorioſis tantum Verbis res agenda, sed ipſo opere.

Equidem haud parum miror, quare nonnulli celeberrimi ac doctissimi Viri, rebusque Astronomicis addictissimi, qui nihil amplius negotii habent & habuerunt, quam cœlum intueri, eiique invigilare a plurimis jam annis, qui sumptus ad res illas omnes non ex propriis facultatibus suis, sed summorum Meccenatum æxario, quando velint, haurire possunt, quibus Stellæ omnes æquè luminosæ ac mihi fuerunt,

Aucter mit-
ratur, cur a-
lii non pre-
stantiora ba-
tenuit edide-
rint, quibus
cœlum pari-
ter undique
patuit, &
qui in longè
feliciori ver-
santur Sta-
tu.

quibus cœlum æquè patuit undique ac mihi, haetenus nihil quicquam præstantius, correctiusve in eo Fixarum negotio, Erudito Orbi exhibuerint; cum leviora potuissent intermittere, vel Sociis suis ea, ut perficerent, commendare, ipsi vero Catalogum Fixarum, tanquam partem præcipuam, & fundamentum totius Astronomiæ, aggredi debuissent.

Cum igitur nemo adhuc post Tychonem, me, quoad restitucionem Fixarum Catalogi, prævenerit; dent alii Operam sedulò, si possint, ut successu temporis, longè præstantiora perficiant & proferant. Interea iis, quæ laudatissimi Prædecessores nobis reliquerunt, nec non hisce nostris, quæ Divina Benignitas, pro tenui nostro modulo concessit, acquiescamus, in hæc Verba erumpentes: Non nobis, non nobis, Domine, sed Nomini Tuo sit Gloria:

Soli DEO
Gloria.

Dignus es Domine DEUS noster accipere Gloriam &

Honorem, & Virtutem: quia Tu creasti omnia, &

propter Voluntatem Tuam sunt & creata sunt:

Apocalypſ. IV. II.











Fig. A.






















Fig. D.


Longitude.

























CORONA



Boote

E G

Geldeur

Endert

Jordwinkel



Fig. H.





HERCULES

Croesus Bolearicus

Seriphis

Seriphis

AEGAE



Fig. I.

Longitudo









FARY.

Dico

Hercyfer

Gelpeire

FAY


















Fig

Longitude.









CASSIOPEIA.



Fig. N.

Andromeda.

Perseus.

Sacra.

Camelopardalus.

Longitudo.

Longitudo.

215

310

315

310

215

210

215

310

315

310

215

210

215

Via

Latitudo.

50

42

40

38

36

34

Latitudo.

Latitudo.

Latitudo.

Latitudo.

Latitudo.

Latitudo.

Latitudo.

Latitudo.

Latitudo.

29

30

31

32

33

34

35

36

Latitudo.



CASSIOPEIA

Urania
1511



Petrus Apianus

M. F. M.



Ursa Minor.

Cepheus.

CAMELO

PARDALUS.

Draco


Ursa Major.

Casiopeja

Perseus

Lynx.

Fig. O.









































Pegasus.



Longitudo.

30°

29°

28°

27°

26°

25°

24°

23°

22°

21°

20°

19°

18°

17°

16°

15°

14°

13°

12°

11°

10°

9°

8°

7°

6°

5°

4°

3°

2°

1°

0°

Latitudo.

20°

18°

16°

14°

12°

10°

8°

6°

4°

2°

0°

Tropicus

Longitudo.

30°

29°

28°

27°

26°

25°

24°

23°

22°

21°

20°

19°

18°

17°

16°

15°

14°

13°

12°

11°

10°

9°

8°

7°

6°

5°

4°

3°

2°

1°

0°

Longitudo.

30°

29°

28°

27°

26°

25°

24°

23°

22°

21°

20°

19°

18°

17°

16°

15°

14°

13°

12°

11°

10°

9°

8°

7°

6°

5°

4°

3°

2°

1°

0°

Latitudo.

30°

29°

28°

27°

26°

25°

24°

23°

22°

21°

20°

19°

18°

17°

16°

15°

14°

13°

12°

11°

10°

9°

8°

7°

6°

5°

4°

3°

2°

1°

0°

Cassiopeia.

Pegasus.

ANDROMEDA.

Boreus

Piscis.

Fig. V.

Cassiopeia.

Triangulum Majus.

Cancri.

Triangulum Minus.

Colinus.

Longitudo.

30°

29°

28°

27°

26°

25°

24°

23°

22°

21°

20°

19°

18°

17°

16°

15°

14°

13°

12°

11°

10°

9°

8°

7°

6°

5°

4°

3°

2°

1°

0°

Latitudo.

30°

29°

28°

27°

26°

25°

24°

23°

22°

21°

20°

19°

18°

17°

16°

15°

14°

13°

12°

11°

10°

9°

8°

7°

6°

5°

4°


3°

2°


1°

0°





















Camejopaschylu

LYNX

Aurion

Genuin

Fey



Ursa Major.

Lynx.

LEO MINOR.

Chara.

Gemini.

Leo Major.

Fig. Z.

Cancer










Fig. AA.































Fig. E.E.





































































Fig. Oo.











































Fig. VV.














Fig. XX.



Latitude:

Egyptica. No

Tropicus

10

Hydra.

15

Centaurs.

25

30


757

4









Centaurus



Chorae Antillarum




























Fig. C C c.
















54. 4.






POLUS ANTARCTICUS.







6110

UB WIEN



+AM230447907

